



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

2. An qui tenet domum ludo expositam, peccet mortaliter. Et docetur non posse Principes concedere ad id licentiam nec permittere exponendi domum ad ludum. Et quando habentes domos ad ludum admittunt ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

rimo admittit. Et ita etiam dicendum est de vendenti-
bus ornamenta, non enim ita directe adiumentum praestant
ad concubinatus crimen. Sed susceptorum lusorum
in domum, qui instrumenta eis ad ludum submini-
strant, aleas scilicet, & mensam, ad peccatum mortale
ludi directe opem ferunt. Ergo, &c. Unde patet supra-
dictam opinionem Iustitiani, quam adducit & refellit
Lopez, esse falsam, & contra communem sententiam
Doctorum, qui, ut supra probatum est, omnes asserunt,
supradictos susceptores lusorum peccare mortaliter.
Unde sequitur, non posse Principes licentiam praebere,
ut aliqua domus ludo sit exposita: & ita ego olim a Se-
renissimo Principe Philiberto interrogatus consului, &
ita etiam tunc consultus respondi Pater Ioseph de Au-
gustino Societatis Iesv, vir literis, & probitate infig-
nis, satis quidem notus, sed nunquam satis laudatus.

RESOL. II.

An qui tenet domum ludo expositam, peccet mortaliter?
Et docetur non posse Principes concedere ad id licen-
tiam, nec permittere exponendi domum ad ludum.
Et quando habentes domos expositas ad ludum admit-
tunt eos, qui non sunt sui iuris ad perdendum, ut si-
lios, familias, &c. vel eos, qui fraudes faciunt, vel eos,
qui ludant cum his, qui ad ludum traxerunt, an re-
tineantur restituere, quidquid hi tenebantur restituere,
nisi hi restituant?
Idem est de ministrantibus mensam, aleas, chartas, vel
alia instrumenta, aut lamen. Ex p. 7. tr. 9. Resol. 39.

§. 1. Hanc questionem pertractat, me citato, Ma-
chadus de Perf. Confess. tom. 1. lib. 3. p. 5. tr. 7.
docum. 5. n. 6. vbi sic ait. [Dudan pues los Doctores, si los
que tienen casas de juego expuestas para todos los que
quieren ir a jugar a ellas, pequen mortalmente?

1. Probable opinio es, que no, fundada en la de
Santo Tomas, i otros muchos, que afirman ser licito
Ministrar, i vender las cosas indifferentes; etiam cum
cognitione pravi usus. I siendolo el juego, no sera
peccado ministrarle. Si bien es mas comun, i recibida
opinion ser peccado mortal, tener casas de juego, quan-
do en los juegos dellas se cometen peccados ordina-
rios (como casi siempre sucede) de jugar personas
prohibidas, de blasphemias, perjuros, pefadumbres,
&c.] Ita ille.

3. Sed ego prorsus affirmativam sententiam tenen-
dam esse puto, quam praeter Doctores, quos ego citavi
in p. 2. tr. 1. Mist. Resol. 65. omnino videnda tenet
Sanch. in Opusc. tom. 1. lib. 1. c. 8. dub. 21. & nouissime
me citato, Trullench. in Decalog. tom. 2. lib. 7. c. 27. dub.
1. n. 7. docet non posse Principes licentiam praebere ex-
ponendi domum ad ludendum.

4. Unde Caspensis in Cursu Theologico tom. 2. tr. 18.
sect. 3. n. 27. sic ait. Observa subministrantes domum,
mensam, aleas, & chartas indifferenter omnibus ad lu-
dendum ludo prohibito, esse peccatum mortale nec
Principes posse concedere ad id licentiam; imò nec
permittere, quia licet ludus ex se sit res indifferens, mor-
taliter tamen semper ibi destinatur ad pravius vltim;
nam vel blasphematur, vel dilapidantur bona, vel ri-
re excitantur, vel ibi ludant minores, vel furta com-
mittuntur; & rarissime absque peccato mortali exer-
cetur; ac proinde peccant exponentes domum supra-
dicto ludo; & Principes id permittentes, vel non pro-
hibentes. Nec obstat licitum esse ministrare, & ven-
dere res indifferentes etiam cum cognitione pravi
usvs. Ergo etiam erit licitum praebere instrumenta lu-
dentibus, cum ludus ex se indifferens sit: sicut est li-
citur locare domum, vel vendere ornamenta meretti-
ci. Hoc, inquam, non obstat; quia quamvis licitum sit

Tom. VI.

ministrare indifferentiã cum cognitione pravi vsus,
quando non ministrantur in ipso exercitio, verbi gra-
tia, locare domum; ac vendere ornamenta meretrici;
quia hæc non ita directe immediate, & proxime, sunt
adiumento illi ad peccandum. Contrarium tamẽ euenit
in nostro casu, vbi domus, & instrumenta ad ludendum
ministrantur in ipso exercitio, & magis directe, immẽ-
diatẽ, ac proximẽ; quare censeo hoc esse valde scrupulo-
sum, & raro a mortali excusari prædicta ministrantes.
Ita Caspensis.

5. Et notandum est hic cum Sanchez ubi supra n. 5.
quod quando habentes domos ad ludendum admittunt
eos, qui non sunt sui iuris ad perdendum, ut filios fami-
lias, &c. vel eos, qui fraudes faciunt, vel eos, qui ludant
cum his, quos ad ludum traxerunt, tenentur restituere
quidquid hi tenebantur restituere, nisi hi restituant:
imò idem est dicendum de his, qui dederunt instrumẽ-
ta, vel lumen. Ratio, quia omnes hi sunt causa iniustæ
acceptationis, ut si quis daret ensẽ ei, qui vult illum
ad percutiendum hominem. Vide etiam Dicastillum de
iust. lib. 2. tr. 18. disp. 5. dub. 3. per totum. Philareum de
eff. Sacerd. tom. 2. part. 2. lib. 5. cap. 2.

Sup. hoc in
Ref. præter.
Ex quibus.

RESOL. III.

An ludere in Ecclesia sit peccatum mortale? Ex p. 7
tr. 9. Resol. 38.

§. 1. Respondeo ludere in Ecclesia ludis qui specia-
liter non sunt in ea prohibiti: ex aliqua cau-
sa rationabili non est peccatum, ut ad recreandum in-
fitum ibi existentem, aut quia sunt ibi aliqui, qui ad
Ecclesiam confugerunt, & ludunt ob honestam recrea-
tionem, &c. Caietanus 2. 2. q. 168. a. 3. Alcozes lib. de
ludo, c. 12. in fin. Nauarr. in summ. Hisp. & Lat. antiqua
c. 19. n. 4. Latina noua c. 20. n. 1. Qui addunt, & bene;
esse veniale, quando sine causa id fit, modò absit scan-
dalum, & ludatur sine actibus indecentiam loco facien-
tibus, & concordant Sylu. v. Ludus, q. 2. dist. 3. Ludouic-
us Lopez 2. p. instr. c. 31 vbi dicitur hoc non esse mor-
tale; & ponit exemplum Alcozer, sicut si duo possint
alibi ludere, & eant in Ecclesiam lusuri anigo recrean-
di se, non autem faciendi irreuerentiam Ecclesie.

2. Hinc ego olim respondi non peccasse mortaliter
aliquos qui in Ecclesia quasi per diem integrũ taxillis
luserunt; præsertim cum ibi non existet sanctissima
Eucharistia. Et ita exultantur confugientes ad Eccle-
siam, si ibi ludant ad honestam recreationem, ut obser-
uat Trullench. in Decalog. 1. 2. lib. 7. c. 27. dub. 1. n. 2.

RESOL. IV.

An ludere Oracionem Angelicam, Psalmos, & c. sit peccatum,
& simonia? Ex p. 7. tr. 9. Resol. 41.

§. 1. Lopez in instr. p. 2. c. 32. in fin. & Vega in sum. sup. hoc in
v. Ludus, c. 14. non videtur hunc ludum ap-
probare, eo quod sacra profanis misceantur, imò etiam
simonia, si civiliter ad eiusmodi Ave Maria dicenda
se se colludentes obligate intendunt. Alij verò ut Na-
varr. c. 20. n. 7. & Rebellius de oblig. p. 2. lib. 12. q. 1. re-
ctius docent id esse licitum, nec vlla irreuerentia ap-
paret, si reuerenter dicantur, cum teste Apostolo
(vbi que orare liceat) nec quod pro premio eiusmodi
preces proponantur in ludo præsertim licito, & hone-
sto vlla simonia subesse videtur. Et hanc sententiam te-
net etiam Sanchez in Opusc. tom. 1. lib. 1. c. 8. dub. 24.
n. 25. & Molfesius in summi tom. 2. tr. 12. c. 21. n. 87.

Sup. hoc in
1. 7. tr. 31. Ref.
61. §. Afferui
antemedium
cursum in
vef. ludere
pro oratio-
nibus, & ma-
gis late in tr.
5. tr. 7. Ref.
6. §. 1.

